GIVM FERRE DEBEBVNT *suff*RAGIVM FER*ant* / *utiq. is quod a*D EORVM · SVFFRAGIVM PERTI*net qui ex succusana tribu*
ESQ · VE · ERVNT ITEM SI QV*a in* TRIB *neque* SENA*tor neq. eq. erit a*VT SI NEMO · EQ · ERIT · ET · SENATOR*es minimo tantum numero*
ERVNT ITEM QVOD AD CISTAS *suff*RAGIS · LATIS SIGNANDAS ET PR · QVI AER · PRAESVNT · PRAERINT TR*adendas ut cum suffragis*
DESTINATIONIS IN SAEP*tum de*FERANTVR · DEQ · SIGNIS COGNOSCENDIS SVFFRAGIS DIRIBEND*is quae deniq. ex qua*
que CAVSSA IN EA LEGE QVA*m* CINNA ET VOLESVS · COS · DE $\overline{\text{X}}$ CENTVRIS · CAESAR · TVLER · SCRIPTA *comprehensaue sunt*
seruet EADEMQ OMNIA IN $\overline{\text{XV}}$ CENTVR · AGAT · FACIAT · AGENDA FACIENDA CVRET · VTI · EVM · EX EA L · *quam cinna et uolesus*
*cos. tulerunt x centuri*AR · AGERE · FACERE · OPORTERET · QVAEQ ITA · ACTA · ERVNT · EA IVSTA *habeantur* / *utiq. relatis*
cos. pr. destinationis SVFFRAGIS · EX $\overline{\text{XV}}$ CENTVRIS · C · ET L · CAESAR · ET · GERMANICI CAES*ar. quam tabellam cen*
turiae cuiusq. sorte duxerit IS QVI · EAM · DESTINATIONEM · HABEBIT · EAM TABELLAM · ITA R*ecitet uti cum ex lege*
quam l. ualerius messalla VOLESVS · CN · CORNELIVS · CINNA · MAGNVS COS · TVLER $\overline{\text{X}}$ CENTVR*iarum eam tabellam quae*
ex is centuris sorte ducta ESSET · RECITARE · OPORTERET · DVM · QVAE TABVLA CENTVRIAE C · *et l. caesar. cuiusq. sorte ex*
ierit eam sub nomine C · ET · L · CAESARVM RECITANDAM QVIQ EA CENTVR · CANDIDATI DEST*inati sint eorum priorem*
*ceteris renunti*ANDVM CVRET · QVAE · TABVLA · EX IS · CENTVRIS · QVAE GERMANICI CAE*saris adpellantur sorte*
exierit eam SVB NOMINE GERMANICI · CAESAR · RECITANDAM QVIQ · EA CENTVRIA CANDID*ati destinati sint eor.*
*priorem re*NVNTIANDVM · CVRET · ISQ NVMERVS · CENTVRIARVM · QVI H · R · ADICITVR IN NV*merum omnium centuriarum*
*pro*INDE CEDAT · ATQ · EVM · NVMERVM QVI X CENTVRIAR · EST CEDERE · EX · LEGE QVAM CINNA E*t uolesus cos. tuler. cautum est*
COMPREHENSVMVE · EST · VTI CEDAT · ITAQ · QVI · COS · PR · CREANDORVM · CAVSSA DESTINATIONE*m habebit uti in alis centur. eadem*
RATIO HABEATVR ITAQ SVFFRAGIVM · FERATVR · CVRET · CETERA · QVAE · NOMINATIM H · R · SCRIP*ta non sint ea omnia proinde atq.*
EX EA LEGE QVAM · CINNA ET VOLESVS COS · TVLER · AGANTVR · FIANT SERVENTVR / VTIQ LVDIS AVGV*stalibus cum subsellia sodalium*
PONENTVR IN THEATRIS SELLAE CVRVLES · GERMANICI · CAESARIS INTER EA PONANTVR CV*m querceis coronis in honorem*
EIVS SACERDOTI QVAE SELLAE CVM TEMPLVM · DIVI · AVG · PERFECTVM ERIT · EX EO TEMPLO PRO*ferentur interea in templo*
MARTIS · VLTORIS · REPONANTVR · ET · INDE PROFERANTVR · QVIQ · CVMQ · EOS LVDOS Q · S · S · S · FACI*at uti ex eo templo q · s · s · e · in the*
ATRIS PONANTVR · ET CVM REPONENDAE ERVNT · IN EO TEMPLO · REPONANTVR · CVRET / VTI*q. cum ossa cinisque germanici*
CAESARIS IN TVMVLVM · INFERRENTVR · TEMPLA · DEOR · CLAVDERENTVR II QVI ORDINI *equestri adscripti privatum eq*
VOM · HABEBVNT · QVI EOR · OFFICIO FVNGI VOLENT ET · PER VALETVDINEM PERQ · DOMESTIC*um funus non impedientur cum*
CLAVO · II QVI EQVOM PVB HABEBVNT CVM · TRABEIS IN CAMPVM VENIANT · / VTIQ *quodannis eo die quo is uita defun*
CTVS EST TEMPLA · DEOR · INMORTALIVM QVAE IN VRBE ROMAM PROPRIVSVE VRBEM *romam passus mille sunt erunt*
CLAVSA · SINT IDQVE VT ITA FIAT · II · QVI · EAS · AEDES · TVENDAS REDEMPTAS · HABENT *curent* / *utiq. eodem die magistri*
SODALIVM · AVGVSTALIVM QVI QVOQ · ANNO ERVNT INFERIAS ANTE TVMVLV*m in quem illata sint ossa germanici cae*
SARIS MITTENDAS CVRENT · AVT SI MAGISTRI · VNVS PLVRESVE AD ID SACRIF*icium non mittant qui sodalium mittant pro*
XIMO ANNO MAGISTERIO · FVNGI · DEBEBVNT · IN LOCVM EORVM QVI EO MVN*ere functi non sint* . . . .